

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Festum D. Colmanni, patroni tutelaris *Styrensis* ecclesiae, maiori solennitate hoc anno quam praecedentibus (incultiora enim adhuc omnia erant et densis admodum sentibus obducta) celebratum est. R. D. M. *Plantius* excellentissimus vocalis musicus cum quibusdam aliis *Styrenses* cantores iuivit.

Frumenti circa haec tempora satis amplum pretium fuit. Licet enim post messem modius siliginis 10 vel 11 vel etiam 12  $\beta$  divenditus sit, mense tamen Oct. ad 14  $\beta$ , ad 2 etiam fl. excrevit. Satio enim autumnalis frumenti propter fere continuas frigidam pluvias non nihil impediementi passa est, quae res huius caritatis causa non immerito deprehensa est.

Mense Nov. ubique in Austria *Styrae*, in *Garsten* et circum circa lustratio civium et subditorum facta est. Quam vero ob causam aut cuius praetextus gratia, non amplius certo constat. *Garstenses* vero 23. eiusdem magno et copioso numero ad locum praescriptum lustrationis seu inscriptionis profecti sunt.

Vini etiam hoc anno minor copia quam aliis annis fuit, unde eius quoque pretium auctum est: mensura enim vilissimi 10 kr. et 12 vendebatur, melioris vero et praestantioris multo carius.

Mense Dec. in parochia *Styrae* inter D. parochum et *Styrensem* senatum in praesentia Rmi. *Garstensis* agi coeptum est, si quae ratio iniri queat ratione trium beneficiorum, quorum *Styrensis* senatus advocatiam habet. Illi enim annuam maximam pensionem a D. parochi exigebant, quam aiebant se pro eo in domo provinciali persolvisse: in singulos enim annos circiter 200 fl. petebant, cum tamen saepe pro aliquot annis in toto a beneficiis tantum non accepisset. Sed quia res haec intricatior fuerat nec ulla ratione convenire possent, hac vice re infecta ex utraque parte discessum est diesque alius pro tractatione denominatus. Verum enimvero nec etiam posthac unquam, quamdiu D. parochus vixit, hanc causam vel controversiam certo transigere et determinare potuerat, ita ut lis in hodiernum diem suspensa maneat.

Per unicam hanc angariam ludirector *Styrensis* tres cantores pro templo parochiali in convictu habuit, pro quibus illi 30 fl. a senatu vel D. praefecto ecclesiae ex redditibus pro mensa persoluti sunt. Prioribus autem aliquot annis D. parochus iisdem pro eadem pecunia victum dederat, sed cum idem D. parochus animadverteret, a ludirectore id minus commode praestare posse, ad proximam angariam Nativitatis Chr. eosdem cantores ad suam mensam rursus accedere iussit sicque ludirectorem ab hoc admodum oneroso

Getreidepreise.

Konskription.

Weinpreise.

Die Benefizien in Steyr.

Pfarrechor in Steyr.